

Albert Willebrand Heinrich Könecke

**Divino Numine Favente Magnifico ICtorum ordine permittente In illustri ad
Varnum Universitate Moderatore & Praeside ... Dn. Alberto Willebrando ... De
Caducis & in illis obtinente Iure Accrescendi, Publicae ac placidae ... Ad diem
XVI. Febr. Author Henricus Könecke ...**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735215359>

Druck Freier  Zugang



Kunstfälligkeit von
Testamenten

Ru jur. 1667.

Aurel Willbrand, Pres:
Kinnia Konecke, Rep.

DIVINO NUMINE FAVENTE

97.

Magnifico J^Ctorum ordine permittente

In illustri ad Varnum Universitate

Moderatore & PRÆSIDE

Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo

Excellentissimo

D N. ALBERTO
VVILLEBRANDO, ICto & An-
tecessore hujus Academiz celebratissimo,
Ducalis Consistorii Assessore gravissimo,
meritissimo
Patrono ac Doctore suo perpetuo observantia
cultu prosequendo
DIATRIBEN hanc JURIDICAM

DE

CADUCIS & in illis obtinente JURE ACCRESCENDI,

Publicē ac placida θεμισοφίαν
disquisitioni sīstet

In Auditorio Majori Horis convetis

Ad diem XVI. Febr.

AUTHOR

HENRICUS Kōnecke/ STADENSIS.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typ. Anno 1667.

nir





JEHOVA BENIGNE SECUNDANTE.

Prælibamen.

Us duplex esse, Publicum scilicet, quod ad statum rei Romanae spectat, & Privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet §. 4 J. de Just. & Jur. omnibus, qui velimis saltē labiis J. Prudentiam nostram degustarunt, notū erit. Quoniam autem tractatio juris Publici diffusior & intricior est, quam ut tyronibus proponi debeat, Bach. ad d. §. 4. hinc non sine causa eam præprimis Justinianus in tres posteriores libros Codicis rejecisse videtur. Privatum jus quod attinet, illius doctrina in reliquis Codicis, Digestorum, primaq; elementa in Institutionum libris proponuntur. Estq; Privatum hoc jus tripartitum, collectum vel ex naturalibus præceptis, aut Gentium, aut Civilibus d. §. 4. de J & J. Ex jure Gentium rerum dominia descendunt arg. §. II & 40. J. de R. D. Definiri à Dd. solet

A domi-

dominium, quod sit jus, per l. f. C. Ne rei dom. vel
templ. vind. l. 6. C. de Pact. int. emt. & vend. l. 2.
C. de Præsc. 30. vel 40. ann. rubr. C. de Jur. dom.
imp. quo res nostra est. Quæ definitio nobis cum We-
senb. ad pr. J. de R. D. n. 40. & in ~~me~~. ff. de A R. D. n. 3.
ibiq; in not. Hahn. Hœnon. Disp. ad ff. 10. th. 3.
Schnob. D. 20. th. 1. placet, quamvis eam Goedd. ad l.
49. ff. de V. S. n. 7. vito non carere dicat. In hoc domi-
nio directo & pleno fundata est potestas dominandi atq;
disponendi de rebus suis, non modo pure & simpliciter,
sed etiam sub conditione mortis, t. t. J. de L. Fus. Can.
toll. l. 1. C. de SS. Eccl. §. 13. J. de Inut. stip. l. 11. C.
de Contr. stip. Gerhard. tr. de Jur. Test. Rom. D.
1. th. 1. Ex qua originem trahunt testamenta, seu di-
spositiones de eo, quod quis post mortem suam fieri
vult l. 1. ff. Qui Test. fac. poss. Quæ si simpliciter,
absolute & generaliter considerantur, cum Nobiliss.
Dn. Struv. in synt. Jur. Civ. D. 32. th. 3. Bach. ad
pr. J. de Test. Ord. & alii, ad jus Gent. merito re-
feruntur; quia nihil justius aut recte rationi confor-
minus, quam ultimo infati imminentis periculo consti-
tutum hominem, non minus quam antea l. 21. C.
mand. l. 13. §. 7. ff. de Injur. libero gaudere de rebus
suis disponendi arbitrio l. 1. C. de SS. Eccles. Quintil.
declam. 264. Dn. Tabor part. Elem. pag. 69. in f.
& seqq. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 6. §. 14. Graci in su-
per & alia gentes longe ante Romanam natam, condi-
tumq;

tumq; jus 12. tabb. ultimam suam voluntatem scriptis
reliquerunt Bach. ad pr. J. de Test. Ord. n. 3. quo-
rum primus autor Solon fertur, ante tempora enim
Solonis non fuisse condita testamenta ex Plutarcho con-
stat. Si vero relate formam & solennia spectamus,
tunc, quatenus secundum requisita legum sunt ordinan-
da, modus ille haud dubie juris Civ. erit Arum. D. ad
ff. 17. t. h. 1. & Ex. ad J. 7. th. 3. Ungep. Ex. 8. q. 1.
per tot. Inter omnia vero qua ad testamentum re-
quiruntur, nihil tam necessarium est, quam heredis in-
stitution, quam principaliter continere debet, adeo ut et-
jam caput & fundamentum ejus dicatur §. 34. J. de
Legat. Et vires accipere ex heredis institutione l. 10.
de Jur Codic. Imo non ullum possit valere testamen-
mentum, quod heredem non habet l. 3. vers. Calpur-
nius ff. de his quæ in Test del. I.f.d. t. de Jur. Cod.
Everh. in Top. loco ab Expresso ad tacitum 27.
n 12. Arum. Ex. ad J. 8. t. h. 1. Dn. Struv. all. D. 32.
t. h. 24. Wissenb. Comm. ad ff. p. 1. D. 56. t. h. 1.
De institutione porro sciendum est, quod institui possint
omnes illi, cum quibus est testamenti factio, h. e. qui ca-
pere ex testamento possunt l. 31. l. 49. §. 1. l. 52. ff de hær.
inst. §. 4. Inst. de hær. qual. & diff. Ulp. tit. 22. pr.
Nec saltem unus, sed etiam plures §. 4. J. de hær. inst.
l. 9. §. 12. & seq. l. 13. §. 1. & 7. cum l. seq. l. 33. l. 50. §.
ult ff. eod. Accidere autem non nunquam solet, ut
ab iis, qui heredes scripti sunt, legatum vel fideicom-

missum aliis praestandum injungatur s. i. & s. j. de
Leg. l. 19. §. 2. de Leg. l. l 36. eod. 2. & passim.
Quia vero, cum ita pluribus aliquid vel per legatum,
vel per institutionem relictum est, facile contingit, ut
unus veletiam plures ex iis deficiant, & sic portio qua-
dam inter heredes vel legatarios evanescatur, placuit in
presenti collationem nostram de istiusmodi caducis, &
jure, quod in iis obtinet, accrescendi instituere. Cum
autem thema hoc nostrum, teste Giph. ad s. s. J. de
Leg. sit acutum, difficile & toto fere jure diffusum:
Sæpen numero sum professus, inquit in observ. Francisc.
Hotomannus, at quantus ille vir? nullam in toto jure
nostro spinosiorum ac perplexiorum esse disputationem,
quam est illa de jure accrescendi &c. de quo, teste Go-
veano, tam varia prodit & sunt tamq; discrepantes sen-
tentiae in præfat. de jure accrescendi. Merito exordior
in Nomine Domini nostri Jesu Christi,
qui res desperatas donare & consummare sua virtutis
magnitudine potest. §. 2. de concept. Digest. eumq;
supplicibus vocibus obtestor, ut sua mihi gratia adesse
velit, quo Exercitium hoc Academicum vergat in sui no-
minis gloriam, in nostrum autem commodum &emo-
lumentum. Sit igitur hoc Duce.

THESIS I.

ET quidem ordine ut procedamus, non incommode
Evocis Caduci Etymologiam præmittimus: Est au-
tem

tem à verbo cadere dictum *Ulp. tit. 17.* unde etiam caducum propriè, teste *Alciat. in l. 30. de V. S. & Goedd. ibid. n. 12.* dicitur, quod facile casurum est, ruinamq; minatur. Et quamvis vox hæc variè sumatur, ut videri potest apud *Calvin. in Lex. Jur. in voce Caducum, Schardium & alios;* tripliciter tamen in hac nostra materia antiquitus acceptum suisse indicat *Justinianus in l. un. §. 2. C. de Caduc. toll.* I. Cum illis aliquid relinquebatur, qui tempore conditi testamenti non erant in rerum natura. Et hoc pro non scripto habitum fuit. *d. l. un. §. 2. & 3. 2.* Cum vivo testatore is, qui aliquid ex testamento habuit, post testamentum ab hac luce sub trahebatur, vel ipsum relictum expirabat, forte conditione, sub qua relictum fuerat, deficiente, quod veteres appellant *in causa caduci* d. §. 2. 3. Cum mortuo testatore hoc, quod relictum erat, deficiebat quod aperta voce & proprio caducum appellatum fuit, *d. l. un. §. 2. & 5.* quæ ultima significatio etiam est hujus loci.

II. Dicitur itaq; illud caducum, quod jure relictum capaci, aliqua ex causa, post mortem testatoris, ab eo cadit in fiscum *vid. Ulp. tit. 17.* Ut igitur proprio caducum sit, requiritur, ut sit relictum capaci; incapaci enim si quæ relinqvantur, proprio non sunt caduea, sed pro non scriptis habentur *Gothof. ad tit. 17. Ulp.* deficiatq; post mortem testatoris *l. un. §. 2. C. de Cad. toll.* nam quæ deficiunt vivo testatore, ut si forte legatarius vivo testatore, post testamentum tamen, ab hac luce subtrahatur, vel ipsum relictum, conditione fortassis deficiente, ex piret, proprio non sunt caduca, sed in causa caduci, sicut cum Veteribus Imp. *Justin. in d. l. un. §. 2.* loquitur. Requiritur deniq; causa sive causus, qua propter caducum fiat.

A 3

III. Cadu-

III. Caducorum illiusmodi casus quinque; recenset Cujac.
in nap. & comm. Cod. de Cad. toll. ex Ulp. tit. 17. 1. Si post mortem testatoris ex parte heres scriptus, aut legatarius decesserit ante apertas tabulas. 2. Si post mortem testatoris ex parte heres scriptus vel legatarius ante apertas tabulas peregrinus in perpetuum sc: non si restituetur l. 59. l. 104. ff. de Cond. & dem. factus fuerit, aut servus paenae: non autem si servus fisci vel alterius, quia tunc legatum non deficit, sed post apertas tabb. pereum domino acquiritur. 3. Si Legatum vel haereditas relictam fuerit cælibi, & is intra dies C. id est creationis (quæ quid sit pluribus tradit Ulp. in fragm. tit. 22. §. 27. & seqq. cujus tamen solennitas hodie sublata est per l. 17. C. de Jur. delib. vid. Cod. Theodos. de creatione vel bonorum possessione lib. 4. tit. 1.) à morte testatoris Legi Papiae non paruerit, hoc est ut prias fecerit. 4. Si Latino legatum vel haereditas relictam fuerit, & is intra dies C. à morte testatoris jus Quiritium consecutus non fuerit. Quibus autem modis illud consequatur, vid. all. Ulp. tit. 3. 5. Si post mortem testatoris conditio hereditatis vel legati deficiat, exemplo eorum quæ sunt in causa caduci. Velsi is qui initio fuit capax, ex accidenti i. e. deficiente conditione factus sit incapax:

IV. Ex his causis oriuntur caduca, quæ ante Justinianū in fisum recidebant, l. 9. ff. de SCt. Silan. l. 96. §. 1. de Leg. 1. & hoc præcipue propter Legem Papiam Poppæam teste Ulp. in §. si duobus 12. tit. 24. de Legat. quæ testante Tacit. lib. 3. Annal. c. 25. Lata fuit tempore Aug. Cæsar; Tum ærrii augendi, replendi & locupletandi causa, quod bella civilia suscepta inter Pompejum & Cæarem, & Pompejum, Lepidum & Brutos exhauserant. Tum etiam ut paenitentia cælibes, ut ampliando civibus imperio

rio operam darent, quia maxime exhaustus in bellis civilibus civium erat numerus; Eos enim d. Lex. Papia hæreditates, aut legata capere prohibebat, nisi intra dies C. à morte testatoris veras & non simulatas facerent nuptias, ut in l. 30. de Rii. nupt. Nam notante Dion. lib. 56. tempore latæ hujus legis, tanta fuit civium penuria, ut Consules ipsi Papius & Poppeus cælibes & orbis essent, non inventis maritis aut patribus idoneis, qui eis anteponerentur: quia ut idem lib. 53. refert, in honoribus adipiscendis patres orbis, mariti cælibibus anteponebantur. Reliquæ hujus l. capita videri possunt ap. Rosin. Antiq. Rom. lib. 8. p. 2. c. 16. & 18.

V. Jugum tamen suum liberis & Parentibus testatoris usq; ad tertium gradum imponere d. l. Papia erubuit, sed antiquum illis jus servavit, ut nempe, heredibus iis institutis, quod aliquis ex testamento non capit, ad eos pertineat, aut totum aut pro parte, prout pertinere possit. Ulp. tit. 18. d. l. un. pr. C. de Cad. toll. Cum suo item onere fieri caduca voluit, ut libertates, legata & fideicomissa ab eo data, ex cuius persona hæreditas caduca facta, salva essent Ulp. tit. 17. §. 3. d. l. un. §. 4. & 6. Notandum autem est, hanc legem in libris JCtorum vocari interdum Papeā tantum, interdū Papiā Poppeā, vel popeā nec raro Julianam vel Julianam Pappiam, propter accessionem L. Julianæ, de qua int. 96. §. 1. de Leg. l. Rosin. Antiq. Rom. L. 8. p. 2. c. 6. cuius sere eadem cum L. Papia capita fuerunt.

VI. Verum cum non tantum JCtis caducorum causa maxime displiceret, adeo ut interpretationibus suis, quo ad poterant, caduca, ne fierent, coercerent d. l. un. pr. Et si saltem vel minima dubitandi esset causa, contra factum responderent, l. 10. ff. de jur. Fisc. arg. d. l. un. §. 14. infin.

infīn. Sed etiam testatoribus ipsis sic gravissima eaducōrum observatio videretur, ut omnimodo in id incumberent, quō vias recluderent, quas Lex Papia in caducis posuerat; & propterea crebris substitutionibus, iisq; etiam generalibus, uterentur *l. 5. de Vulg. Et pup. sub. inde motus Justinianus belli calamitate introductas leges in pacificis sui imperii temporibus ab orbe Rom. recludere, & jus antiquum, Legis Papiæ machinationibus & angustiis circumclusum, renovare, & in pristinam dignitatem & amplitudinem rursum collocare voluit d. *l. un. pr. Et §. l. C. de Cad. toll.**

VII. Papiam itaq; Legem, retento saltē illo capite, quo, ut ait *Ulp. tit. 19. §. 17.* crepititia. i. e. quæ ut indignis auferuntur, plerumq; in fiscum cadunt *d. l. un. §. 12.* Et retentalege Julia Caducaria, quæ ultimum locum fisco dedit vel populo, quasi parenti omnium in bona vacantia, Imper. *in d. l. un. §. 13. Et l. C. de Cad. toll.* penitus abrogavit. Sustulit autem primus Justinianus materiam caducorum, cum ante ipsum capita quædam Legis Pap. correcta & emendata fuissent ab anterioribus Impp. *d. l. un. pr.* Severus enim, uti *Cuiac. add. tit. C. ex Tertulliano in Apologetico* refert, caput illud, quo præscripta erat ætas habendis liberis, de qua etiam *Ulp. fragm. tit. 17.* cum & leges Juliae & Papiæ patrem fam: cogerent libros suscipere & matrimonium contrahere. Constantinus vero prorsus sustulit poenas cœlibatus & orbitatis *l. l. C. de infirm. pœn. calib.*

VIII. Et hoc modo, sublata lege Papia, antiquum Jus accrescendi reductum est. Ut autem eò melius ad hujus juris cognitionem descendamus, præmittendum esse censeo quid per verbum Accrescendi hic denotetur.

tur: Varie quidem illud sumitur, uti nonnunquam generaliter pro omni accessione. *l. 2. §. 23. C. de V. I. E.* Specialius accipitur *in pr. Inst. de Exher. lib. & l. 4. C. de lib. præt.* Proprie vero illius nomen descendit à natura paulatim coalentium plantarum, & alluvionibus *l. 1. C. de Alluv. l. 30.* *& 56. de A. R. D.* Hoc autem loco specialiter denotat illud augmentum quod hæreditati vel legato tacite & latentur ipso jure *l. un. §. 10. & seq. C. de Cad. toll.* etiam ignorante aut invito herede vel legatorio disjuncto, sine novo facto, accedit *l. 35. pr. l. 53. §. 1. l. 59. de Acq. her. d. l. un. §. 10. vers.* *& hoc nolentibus.*

IX. Cum autem in omni argumento ulterioria. stitutio à definitionib⁹ rei profici sc̄i debeat teste Cicer. ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur, *lib. 1. de off.* sunt enim rei propositæ dilucidæ & breviter comprehensæ verbis enuntiationes, imo breves & circumscripctæ quædam explicationes, patefactiones quasi rerum operariū, quibus quid quidq; sit aperitū, illæq; uti in jure, præcūjusq; captu, variæ, ita & hic à Dd. plures confictæ, quas accuratè vel probare vel improbare noui vacat; Nos autem, cum non modus, quomodo per jus accrescendi nobis pars vacua acquiratur arg. *§. fin. J. de Donat.* sed quid sit acquisitum jus, impræsentiarum considerandum veniat, missis aliis non incommodè jus accrescendi cum Joan. Svev. *in tr. de jur. accr. lib. 1. c. 4.* definimus, quod sit jus, quo pars vacans cedit occupatæ, ad conservandam hereditatem, & voluntatem defuncti individuam. Velsi maivis cum Dn. Struv. *Exerc. 12. lib. 26.* Quod sit facultas habendi portionem deficientis sive non concurrentis, qui nobis in eadem re à defuncto relicta conjunctus est, *l. 1. pr. & tot. tit. de Usuf. acer. Add. tit. de acq. vel om. her. & tit. de Legat.* Simplicius forte quis definiverit, inquit Bachovius,

ius nanciscendi vel acquirendi portionē quæ deficit, ad 11.
V. 2. D. 13. th. 3. lit. A. q. 3. quæ vereor ne potius acquisitionem quam ipsum jus acquisitum designet, de quo supra.

X. Circa originem hujus juris inter Dd. non convenit, cui juri, an mediae Iprudentiae & interpretationi prudentū, An legi certæ, & cui, an Legi Papiae, uti ex inscriptio-
ne l. si in testamento s. de Vulg. Et pup. subst. volunt Duar. lib. 1.
c. 1. de jur. accr. Contius ut notat Pacius in notis ad d. l. s. Et Gothof.
ibid. in not. lit. C. adscribenda sit? placet nobis jus hoc ac-
crescendi non per medium Jurisprudentiam, nec longo
tempore post, sed certa lege & quidem lege 12. tabb. in-
troductione esse Bart. in l. pater. 29. §. fin. de leg. 2. Franc.
Mantic. de conj. ult. vol. L. 4. c. 10. n. 2. per d. l. Si in testamento
l. 1. §. 9. ff. ad SCt. Tert. l. un. pr. C. de Cad. toll. ne quis pro par-
te testatus pro parte intestatus decebat. And. Gerhard
er. de jur. test. Rom. D. 7. apb. 4. harum siquidem rerum natu-
ralis inter se est pugna l. 7. de R. J. l. de hereditate 19. §. 2. ff.
de Castr. pec. Ratio enim non permittit, ut ex testamento
pariter & ab intestato succedatur arg. l. 141. §. 1. de R. J.
unde est quod dicitur, partem testati, quantacunq; sit ea,
trahere ad se partem intestati, quanta quanta illa fuerit;
ex dispositione sc. legis, cui tamē voluntas defuncti ad
minimum permissiva, si non dispositiva, non omnino re-
fragari videtur, utpote quæ ex tacito testatoris judicio
non obscurè inducitur Bart. in l. s. n. 3. de Vulg. Et pup subst.
ibid. Alex. n. 4. Et Jason. n. 5. quod non voluerit pro parte
intestatus decidere, & maluerit potius rem habere illum,
quem alteri conjunxit, quam heredem vel alium; ideoq;
jus accrescendi tacita quædam dicitur vel quasi & præ-
sumta substitutio l. si Titio 61. §. 1. de Leg. 2. Vasq. lib. 2. de
suecess. prorog. in prefat. n. l. 2. s. 12. quam etiam, JCtorum.
sc. consilio, ad evitandam LegisPap. duritiem, conditores
testa-

testamentorum adjicere consueuisse, expresse Imp. Justin.
ipse testatur in d.l.un.pr. C. de Cad. tol. ibid, Gotbof. lit. C.

XI. Causa formalis hujus juris est conjunctio l.l.pr.
ff. de Usufr. accr. d.l.un. §. 10. & II.C. de Cad. toll. non con-
sanguinitatis aut affinitatis, quia haec minime hic attendi-
tur: Sed ut huic juri locus sit, oportet duos vel plures
in unam eandemq; rem à testatore vel lege vocari expres-
se & conjunctim, ex qua conjunctione de voluntate illius,
qui, aliquo vocatorum deficiente, partem illam deficien-
tis, jure antiquo caducam, coheredibus vel collegatariis
potius accrescere, quam vacuam relinquere ad heredem
reverti velit, erit judicandum. Dn. Strauch. Disp. Justin. 7.
ib. 36. Eo enim ipso, quod testator plures ad eandem
rem vocat, ostendit, malle se quidem omnes quos con-
junxit pariter illam, pro genere conjunctorum, habere, eo
modo sc. quo possunt, si autem aliqui deficerent, malle
conjunctos deficientem partem acquirere vel retinere,
quam vel heredem vel alium quemcunq; possessorem; ut
ita haec tacita conditio insit, si concurrunt singuli partem
habeant, sin minus, alter totam percipiat & retineat Goedd.
ad l. 142. ff. de V. S.n. 10. infin.

XII. Sunt autem conjuncti, quando duo pluresve
ad idem quid totum vel speciem certam, judicio testato-
ris vel legis, vocantur §. 8. J. de Legat. l. 80. ff. cod. 3. l. 9. de
suis & legit. l. 84. §. 12. de Leg. l. d. l. un. §. 10. & seq. C. de
Cad. toll. Gerhard. d. tract. Disp. 7. apb. 10. Suntq; hujus con-
junctionis due causæ, dispositio legis & voluntas hominis
Hahn. in not. ad nup. Wesenb. de Usufr. accr. n. 3.

XIII. Conjunctio ex dispositione legis est, quando
immediatè quidam à lege, ad eandem rem consequens
dam, vocantur, tam jure civili §. 5. J. de Leg. agn. succ. l. 9. de
suis & Legit. quam Prætorio l. 3. §. f. ff. de Bon. poss. pr. Inst.
B 2 cod. Hæc

cod. Hæc enim duntaxat ex interpretatione legis sit, nullo accidente testatoris facto *l. 12. de Bon. poss. cont. tabb. l.i. §. 12. de conjung. cum emanc. lib.* Et potissimum in successionibus ab intestato obtinet, ibiq; locum juri accrescendi facit *dd. II. Auth. cessante C. de Legit. her. l.i. §. 9. ff. ad SCt. Tert.* Aliquando tamen & in successione testamentaria locum habet, veluti si servus communis heres institutus sit, tunc enim domini jure accrescendi gaudent, eò quod lex eos pro conjunctis habeat *l. 67. de acq. her. Dn. Wissenb. ad ff. p. 2. D. 3 tb. 12.*

XIV. Conjunction quæ ex voluntate testatoris dependet, est quando per suam dispositionem duos vel plures ad eandem rem consequendam vocat *l. 142. de V. S. §. 8. Inst. de Legat.* In hac conjunctione primùm locum sibi voluntas defuncti vendicat *arg l. 19. de Cond. & Dem. Dn. Habn. ad Wesenb. de IIsafr. accr. n. 3.* Cui pro arbitrio libere & variis modis de rebus suis disponere licet *l. i. C. de SS. Eccles.* Triplici autem modo hæc conjunction fieri intelligitur: Aut enim re per se contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum *d. l. 142. de V. S. l. 89. de Leg. 3. d. §. 8. J. eod. ibiq; Dd.* De singulis ordine agemus.

XV. Re fit conjunction, quando duobus aut pluribus una & eadem res relinquitur expresse, non quidem in una oratione, sed separatim *l. 89. de Leg. 3. Schneidev. ad §. 8. J. de Legat. veluti:* Sempronius mihi heres esto; Gajus mihi heres esto. Velita: Titio hominem Stichum do, lego. Sejo eundem hominem Stichum do, lego. *§. 8. J. de Legat. d. l. 89. ff. eod. 3.* Dicuntur autem hirtantum conjuncti, quatenus simpliciter, generali illa & communi conjunctione, ad eandem rem vocantur verbis separatis & disjunctis.

XVI. Unde etiam in usu juris disjuncti aut separati nuncu-

nuncupari solent d. §. 8. J. de Leg. l. 33. l. 34. pr. ff. eod. l. un. §. 10. & n. C. de Cad. toll. Quia non est una verbo-rum structura, sed solus rei legatae complexus; & ut Ju-stinianus in d. l. un. §. 10. loquitur, ab ipso testatoris ser-mone apertissimè sunt discreti, conjuncti autem ex uni-tate sermonis dignoscuntur.

XVII. Verbis tantum conjuncti dicuntur, qui con-junctiva oratione ad eandem rem, sed expressis & discre-tis, pro indiviso l. s. de Usufr. l. 5. §. 16. de Reb. eor. qui substitut. partibus invitantur l. 142. ff. de V. S. l. 89. de Leg. 3. veluti: Titio & Sejo fundum Tusculanum æquis partibus do, le-go. Hic enim Titius & Sejus unico actu legandi verbis conjunguntur, sed partibus ab initio definitis, unde et iam hi, si externam verborum respicias formam, non sunt re conjuncti, sed verbis & oratione tantum d. l. 89. de Leg. 3.

XVIII. Mixtim, sive Re & Verbis simul conjuncti sunt, qui partibus nullis expressis ad eandem rem eadem oratione vocantur: Sive uti Paulus in l. 142. ff. de V. S. di-cit, quos & nominum & rei complexus conjungit, ut, Titius & Mævius heredes sunt. d. l. 142. de V. S. Nam hæc conjunctio sola verbalis non est, cum partes nullæ sint ex-pressæ: Nec realis sola, cum in eadem oratione verbis conjungantur. Add. Wefenb. in π. de Usufr. accr. n. 4.

XIX. In omni ista conjunctione si conjuncti con-currant, scinditur inter eos legatum: Sivero quidam deficiant, vel quod nolint, vel quod non possint partem sibi reliquam acquirere §. 8. J. de Legat. l. un. §. 10. & passim C. de Cad. toll. Jus accrescendi locum habet, ita ut portiones deficientium ad reliquos conjunctos pertine-ant. Cum autem in omnibus æquè expeditum illud non sit, de singulis videbimus.

XX. De re conjunctis levis est inter Doctores, de
B 3 verbis

verbis accrescere & non de crescere, controversia: Sunt enim qui jus accrescendi statuunt, idq; in re conjunctis obtinere affirmant, inter quos sunt Trent. V. 2. D. 13. s. b. 3. lit. G. Wissenb. in Comm. ad ff. p. 2 D. 3. tb. 13. Dn. Hahn. in not. ad Wesenb. tit. de Usufr. accr. n. 4. Et alii. Quorum præcipuum fundamentum est in l. 3. de Usufr. accr. ubi dicitur; Toties jus accrescendi esse, quoties in duobus, qui in solidum habuerunt, concursu divisus est: Re conjuncti autem ab initio solidum habent l. un. §. 11. vers. Sin vero non omnes C. de Cad: toll. & concursu inter eos res divisa est d. l. un. §. 11. vers. Sin vero non omnes C. d. t. Alia eorum argumenta huc transscribere supersedeo, cum hoc magis laboriosum quam subtile sit, dicente gl. in l. 1. ff. Sol. matr teste Everhard, in Topic. loco à Definitione n. 3. Sed videri possunt apud Dn. Ungep. Exerc. 8. q. 15. in Ajo. Et alios.

XXI. Contrarium tinentur & jus non decrescendi in illis locum sibi vendicare statuunt Schneid. ad §. 8. J. de Legat. n. 8. Goedd. ad l. 142. d. V. S. n. 10. Et Dd. communiter teste Ant. Fab. de error. Pragmaticor. decad. 49. err. 4. n. 1. qui potissimum nituntur d. l. un. §. 11. C. d. t. in qua dicitur, pars, quæ deficit, solida remanet apud ipsum qui primus legatum accepit, nullius concursu deminuta. Accedit, quod cum singuli ab initio solidum habeant, nihil esse possit, quod ei toti accrescat. Et quia partes concursu demum fiunt, tunc aut ante concursum eorum aliquis deficit, & quia pars nondum ulla facta, pars quoq; nulla accrescit: Aut post concursum, Et tunc facta quidem pars est, quæ tamen, quia semel admissa, repudiari amplius non potest arg. l. 3. Et 4. C. de Repud: bared: nec accrescere alii poterit. add. Bart: adl. Re conjuncti 89. n. 20. Et seqq. de Leg. 3. Et Ung. d. loc.

XXII. Nos utramque opinionem, diverso tamen respectu

respectu, defendi posse putamus, tollentes saltem cum
Nob. Dn. Schrozero Praeceptore meo multis nominibus devene-
rando in nos. ad Dn. Strauch. Dis. 7. apb. 34. æquivocatio-
nenem quasi verbi concurrere. Hoc enim significat, vel
uti juris est, posse concurrere, vel uti facti est, actu ipso
concurrere. Priori modo dicitur quis statim concurre-
re, ubi est conjunctus & post mortem testatoris legatum
nondum repudiavit, tunc enim, testamento vires for-
tiente, radicatur legatum in persona utriusque conjuncti,
quatenus & in ignorantem legati dominium transire mox
à tempore mortis testatoris dicitur l. 64. ff. de Furt. l. 80. de
Leg. 2. l. un. §. 5. C. de Cad. tell. Borcbolt. tr. de V. O. c. 7. & 8.
n. 107. & seqq. Posteriori modo tunc concurrit, quando
legatum agnoscit, & ad se pertinere constituit, aut etiam
instituta actione vindicat. Add. Bach. ad Tr. V. 2. D. 13. tb.
3. lit. A. quest. 3. Nec longe ab hac distinctione recedere
videtur Francisc. Mantic. lib. 10. de conject. ult. vol. tit. 3. n. 15.
distinguens inter voluntatem testatoris antecedentem,
seu primitivam, & subsequentem seu secundariam; quam
tamen rejicit Ungep. d. Exerc. 8. q. 15.

XXIII. Ex his colligimus, di verso respectu, inter
quos est jus accrescendi, habere ab initio & solidum &
partes. Solidum nem peratione rei legata, quæ una est,
ad quam uterque legatarius vocatur, & voluntate te-
statoris, qui duos in una re conjunxit, & alterum magis
quam heredem habere eandem rem solidam intendit.
Partes vero habent ratione enumerationis plurimum per-
sonarum, in quas certe singulas res legata solida non tran-
sire, nec simpliciter & ab initio in solidum vindicari potest
l. 2. ff. si pars hered. pet. add. l. 34. §. si conjunctim 9. de leg. 1.
Atque sic partes incertæ atque indivisiæ bene cum toto
stare possunt.

XXIV. Jam

XXIV. Jam de Verbis tantum conjunctis, an & inter illos locum jus accrescendi habeat, erit dispiciendum. Nodosa sanè & non parum intricata controversia, in quā decidenda Dd. quos majorum gentium Deos vocat *Joan Svev. de jur. acer. lib. 2. c. 3.* mirum in modum inter se dis glariantur, & diversi diversas amplectuntur opiniones, ut non immerito *Joan. Svev. d. loc.* hanc questionem ejusmodi esse dicat, ut in ea Prætor pronuntiare possit, Non liquet. Negativam quidem ingenii & judicij non vulgares interpp. sequuntur, ut *Cujac. Obs. lib. 15. obs. 4. & lib. 24. obs. 34. Ant. Fab. 6. conject. 1. Facbin. s. contr. 50. Borcholt. Hottom. Swaenburch. tr. de jur. acer. c. 8. q. 2. Wurms. in nucl. jur. contr. ad tit. de Legat. contr. 4. Giphan. ad §. 8. Inst. de Legat. &c.*

XXV. Verum(nobis, pace tantorum virorum, contrarium defendere liceat) illam opinionem pro vera amplecti non possumus. Imo quod inter Verbis tantum conjunctos sit jus accrescendi non tantum probabilius, sed etiam Sibyllæ folio verius existimamus, cum propter leges in l. 16. §. fin. ff. de Leg. 1. l. 7. pr. de Reb. dub. ubi si Titio & posthumo aliquid etiam pro virilibus portionibus legatum sit, posthumo non nato Titio solidum deberi dicitur. Idque etiam bene confirmat Paulus in l. 89. de Leg. 3. ibi enim verbis conjunctus dicitur præferre ei quire tantum conjunctus est: Quod sane nulla ratione consistere posset, si verbis tantum conjunctus, quoad effectum juris accrescendi, pro disjuncto & pro eo, cui ab initio pars data esset, haberetur. Tum propter rationem juris non contemnendam: Quia aliis conjunctionis in hac materia, in qua conjuncti appellantur, effectus dari nō potest, quam jus accrescendi. Certissimum autem est verbis tantum

tantum conjunctos, utique esse conjunctos per l. tripliti
142. de V. S. & d. l. 89. de leg. 3. Quibus expressum Imp.
Justiniani in l. un. §. 19. C. de Cad. toll. accedit decretum,
in quo generaliter inter omnes conjunctos locum habe-
re jus accrescendi statuit, adjecta in fin. d. §. ratione: quia
conjuncti propter unitatem sermonis quasi in unum cor-
pus redacti sunt, & partem sibi conjuctorum heredum
quasi suam præoccupant. Add. Dn. Struv. synt. Jurispr. D.
25. tb. 24 Alciat ad. d.l. 142. de V. S.

XXVI. Atq; hæc pro munienda sententia nostra
sufficient. Videamus jam, quales sint contra sentientium
opiniones, & annon expugnari queant. Labefactare qui-
dem supra appositam nostram conclusionem videtur,
quando objiciunt, quod cesseret inter eos jus accrescendi,
qui ab initio partes habent arg. l. 3. pr. de Usufr. accr. At-
qui verbis tantum conjuncti semper & ab initio habent
partes l. 89. de leg. 3. l. 34. §. 9. de leg. 1. Verum scien-
dum est has verbis conjuctorum partes non esse certas
aut divisas, quæ cuiq; divisim assignentur; Sed indivi-
sas, nihil magis rem dividentes, quam si expressæ non es-
sent, ut pote cum sint omnes in omnibus confusæ & mix-
tæ, & potius intellectu quam oculis percipientur l. 66. §. 2.
de legat. 2. l. 5. ff. de stipul. Serv. Quare solidum hæ par-
tes non absorbent, cum potius hoc respectu partes fecisse
videatur testator, si nempe legatarii concurrant l. conjun-
ctum 80. de Leg: 3. add. l. 16. §. f. ff. eod. l. Bach. ad mag. Wes.
de Usufr. accr. n. 4. Dn. Struv. Ex. 12. tb. 14.

XXVII. Fortius obicem injicere videtur l. pen. ff.
de Usufr. accr. ubi ita dicit Papinianus: Aequis portioni-
bus duobus ejusdem rei usufructu legato, fructuarios se-
paratos videri, indeq; fieri, ut inter eos jus accrescendi non
sit. Nos omissis variis Doctorum responsonibus, quæ
videri possunt ap. Ung. Ex. 8. q. 15. in Ajo. Resp. cum Bach.

C

in nos.

in not. ad Treutl. V. 2. D. 13. th 3. lit. C. istum textum tractare de eo casu, ubi plures nec re nec verbis conjuncti sunt, sed dimidia pars diversis orationibus duob⁹ relicta est, veluti: dimidiā fundi Titio lego. Sejo alterā dimidiā ejusdē fundi lego; qui casus etiā proponitur in *l. i. pr. ff. d. t. de 1. acc.* ubi in ea specie juri accrescendi loc⁹ esse recte negatur. Et hanc explicationē satis bene convenire ad *d. l. pen.* probat, quod ibi à JCto duo hiccasus comparentur (*i.*) quo una in speciē oratione duobus res eadem à duob⁹ hereditibus relicta est, deinde quo ab uno hærede diversis orationibus diversæ partes sunt relictae; nam & hoc casu & magis propriæ res æquis portionibus relicta esse dicitur.

XXVIII.. Addunt adversæ sententiæ Patroni *l. 20. ff. de leg. 2.* in qua negat Celsus, juri accrescendi locum esse inter eos, quorum servo communi aliquid legatum est, qui tamen, ut apparet, verbis, & quidem tantum, conjuncti sunt. Verum enim vero, tanti mihi hæc illorum objectio non videtur, ut à priori sententia quenquam dimovere beat. Quamvis enim colore adumbrata sit, penitus tamen inspecta nihil in recessu habet. Partes enim dominicæ, quæ in illo textu attenduntur, non æquales sed inæquales esse possunt. Unde, cum Testator partes certas, pro portione partis dominicæ, in servo expreſſerit, & cuilibet legaverit, sanè *in d. l. 20.* juri accrescendi locus esse non potest. Accedit insuper, quod expresse *in d. l. 20.* conjunctio facta fuisse negetur; cum enim partes inæquales domini in servo illo communi habuerint, hinc res non nisi dupli enuntiatione explicari potuit. Bartolus autem *in l. 16. §. fin. ff. de Leg. I.* dictam *l. 20. de Leg. 2.* accipi vult de conjunctione non hominis sed legis, quæ jus accrescendi in legatis non admittit. Cujus opinionem tanquam ridiculam rejicit *Ant. Fab. decad. 49. err*

4. n. 4

4. n. 4. quam tamen defendit contra d. Ant. Fab. Bachov.
ad Tr. V. 2. D. 13. tb. 3. lit. C. Add. Ungep. Ex. 8. q. ult. Ut hoc
saltē obiter addam, nullam antinomiam inter d. l. 20. de
Leg. 2. & l. 1. §. 1. de usufr. accr. esse autumo.

XXIX. Quarto loco veluti turrim nobis objiciunt. l. 66. de ber. Inst. ex qua probare satagunt, testatorem, qui aliquos verbis tantum conjungit, non tam conjunxisse quam celerius locutum esse videri, & proindejus accrescendi inter eos cessare, cum revera conjuncti non sint. Verum huic explicationi generalitas rescripti in l. un. §. 10. C. de Cad. toll. refragatur: Dicendum igitur existimamus quod in d. l. 66. de ber. inst. voluntas testatoris inspicienda sit l. 33. l. 74. de Leg. 1. quæ pleniorē accipit interpretationem l. 12. de R. J. quod etiam ipsa l. 66. innuere videtur in verbis: *Quia non tam conjunxisse*, quam celerius dixisse videatur; ubi conjunctionem celeriori locutioni opponi perspicuum satis est. Potius itaque cum Bach. ad Tr. d. loc. invertimus argumentum quod ubiunque conjunctio est, ibi etiam sit jus accrescendi ex d. l. 66. de ber. inst. Difficile autem est negare, verbis copulatos esse conjuctos, contra expressum textum in l. 89. de Leg. 3. l. triplici 142. de V. S. quodque vel ideo fieri non potest, quia propter defectum copulae Re tantum conjuncti, ut supra demonstratum, passim in jure disjuncti vocantur. Add. l. 13. pr. de Her. inst.

XXX. Ulterius assertioni nostræ objiciunt, quod in §. 8. J. de Leg. duo tantum conjunctionis modi, in quibus jus accrescendi locum habeat, enumerentur Re & verbis scilicet, & Re tantum, omissis Verbis tantum conjunctis. Verum Resp. exempla non restringere regulam arg. l. 1. §. 25. de Vi & Vi arm. l. 30. §. 2. de Damn. infect. Quod enim in d. §. 8. mixta & reali tantum conjunctioni

tribuitur, hoc propter generalitatem verborū in l. un. §.
10. C. de C. d. toll. etiam de verbalitate tantum dicendum est:
ut pote de qua præprimis Imp. loqui, verba ipsa: propter
unitatem sermonis qd. in unum corpus redacti sunt:
indicare videntur. Cum & verbalis illa conjunctio non
tam revera simplex verbalis, quemadmodum ita pro-
pter externam formam verborum docendi causa appellatur;
Sed in ipsa rei veritate, respectu scilicet rei, licet ex
æquis partibus, tamen adhuc commixta; & ex mente
testatoris non tantum verbis, sed etiam re simul conju-
ctio habenda sit. Bachov. ad Ir. V. 2. D. 13. tb. 3. lit. C. §. & ad ra-
tionem. Testator enim duos conjugēs, præcipue &
principaliter, cum utique voluntatem suam effectum ha-
bere cupiat, casum utriusque concurrentis respexisse
videtur, neque adeo propterea quod singulos tantum &
simpliciter partem habere, sed quod in hunc casum con-
cursus, quid singuli habituri essent, designare vellet, par-
tium mentionem adjecisse censetur.

XXXI. Plura alia dissentientium argumenta, in-
terquæ & hoc: Cujus rei non est conjunctio, Ejus nec ac-
cretionio, illam autem in verbis tantum conjunctis non esse
dicunt, E. nec accretionem: (cum tamen ut supra th.
priori tradidimus, hic ex mente testatoris sit etiam re
conjunctio, maxime in illa parte, quam pro indivisa &
commixta conjuncti accipiunt) ut hac vice sicco, quod
dicitur, pede prætereamus; Responsionem etiam ad l. 16.
pr. de Leg. 1, quem legis textum tam pomposè iniquus
nostræ sententiæ censor Ant. Faber. Dec. 49. errorum prag-
maticorū (quos alij ipse autoris errores, vice versa, vocant) cap.
4. n. 7. objicit, in ipso disputationis actu, & quomodo il-
le cum §. fn. nullam dissonantiam contra mentem Imp.
in §. contrarium. 15. leg. seu const. 2. & 3. C. de V. J. E. indu-
cere

cere possit nec debeat, rationem diversitatis casuum meditando, pluribus explicabimus.

XXXII. Et hæc ad argumenta negantis sententia dicta sufficient. Super sunt mixtim, sive Re & Verbis conjuncti, in quibus jus accrescendi locum habere expeditum est §. 8. J. de Leg. d. l. un. §. 10. & II. C. de Cad. toll. l. 7. de Usufr. accr. Obstaretamen huic assertioni videntur l. 16. pr. l. 34. §. 9. l. 84. §. 8. de Leg. l. l. 7. de Leg. 2. Communiter Dd. distinguendum hic inter legatum vindicationis & damnationis esse volunt, in illo enim jus accrescendi sibi locum vindicabat antiquitus, in hoc non item. sed manebat de jure civili portio deficiens in hereditate, ex lege autem Papia caduca siebat Ulp. tit. 24. §. 12. & 13. Quæ differentia, licet antiquitatis cognoscendæ causa dunataxat in ff. relictæ sit, arg. §. 1. J. de Testam. uti placet eis, quod tamen multis improbat Ungep. Ex. 8. q. 15. in Ajo hodie novo jure omnino sublata est §. 2. J. de Leg. ut, sine distinctione inter legatarios, detur jus accrescendi, & eodem jure sit damnationis quo vindicationis legatum juxta d. l. un. §. 11. Et sic pro contrariis haberi amplius non possint. Svanman. de Jur. acer. c. 8. pag. 61. Nos itaque anne & alia via has leges conciliare, & de diversis casibus accipere possimus, in ipsa amica collatione videbimus.

XXXIII. Possemus hic jam varias conjunctorum species enarrare, illarumque perplexitatem pluribus persequi: Ne autem theses in nimium excrescant, abrumpendo videbimus de vexatissima illa conjunctorum prælatione. De hac primo generaliter est notandum, quod si conjuncti sint unius generis, tunc omnes jure accrescendi uti possint arg. d. l. un. §. 10. C. de Cad. toll. Et quidem pro portione hereditaria d. l. un. §. 8. & 10. l. 59. §. 3.

C 3 de her.

de her. Inst. l. 5. l. 24. de Vulg. & pup. subst. Si autem con-
juncti disjunctis permixti sint, tunc secundum Paulum
in l. 89. de leg. 3. præfertur omnimodo cæteris, qui Re &
verbis conjunctus est: Ratio est, quia mixtim conjuncto-
rum conditio censetur optima, quandoquidem duplex
vinculum fortius strigit ^{arg.} auth. Itaque C. Comm. de Suc-
ces. l. 142. de V. S. Quod tamen exceptionem recipere
videtur in sine parte institutis, si cum aliis certas & deter-
minatas partes habentibus concurrant *l. 17. §. de her inst.*

XXXIV. Quod si vero Re tantū & Verbis tantū conjuncti
concurrant, tunc verbis tantum conjuncti potiores
erunt, idque propter *l. 89. in fin. de Leg. 3.* In qua J Ctus
primo decidit quod re & verbis conjunctus præferatur,
quia constet re conjunctum non esse potiorem. Postea
subjungit, num verbis conjunctus potior sit, & Resp. ma-
gis esse ut & ipse præferatur. Quo scilicet hoc innuere
videtur, quod non tantum Re & verbis, sed etiam Verbis
tantum conjunctus, cœteris Re tantum conjunctis, potior
sit habend⁹. Add. *l. un. §. 10. C. d. t. Alciat. ad d. l. 142. de V. S. n. 5.*
Non igitur probandum venit, quod Gœdd. ad d. l. 142. num.
11. verba illa *d. l. 89.* An conjunctus potior sit: refert ad
Re & verbis conjunctum, quia idem in eadem lege J Ctum
bis repetere voluisse verisimile haud est: Tum etiam
subjectum quæstionis ibi est Verbis tantum conjunctus,
merito igitur etiam esse debet subjectum responsionis
Bach. ad Tr. V. 2.D. 13. tb. 3. lit. H. Alio modo peccat Roger.
ad d. l. 89. ejusdem verba finalia contra mentem, J Ctum &
constructionis rationem ad remotius, nempe Re tantum
conjunctum referens, cui tamen vel sola partic. ET, re-
pugnat.

XXXV. Si igitur aliqui permixti, conjunctum &
disjunctum instituti sint, tunc siquidem ex conjunctis ali-
quis

quis deficiat, hoc omnimodo ad solos conjunctos venit. Si vero ex his, qui disjunctim scripti sunt, aliquid evanescat, tunc hoc non solis disjunctis, sed ceteris omnibus accrescit d. l. un. §. 10. C. de Cad. toll. l. 59. §. 3. l. 63. de her. inst. Struv. D. 34. tb. 40. Et hoc tam varie; quia conjuncti propter unitatem sermonis in unum q̄s. corpus redacti sunt, & partem conjunctorum sibi herendum q̄s. suam præoccupant. Disjuncti vero ab ipso testatoris sermone apertissime sunt discreti, ut suum quidem habeant, alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus hereditibus suis accipient d. l. un. §. 10. In partium autem distributione notandum est, quod illi, qui sunt conjuncti, in disjuncti partis deficientis divisione unius tantum persona potestate fungantur l. 34. pr. de leg. l. l. u. l. 13. de Her. Inst.

XXXVI. Et tantum de conjunctione. Porro objectum juris accrescendi est hereditas, l. un. §. 10. & II. C. d. t. una scilicet eademq; non diversæ l. 16. quib. m. usus fr. am. Aut quæcunq; res legata, per textum generalem d. l. un. §. 11. de Cad. toll. §. 8. 3. de Leg. Ubi tamen notanda est exceptio in alimentorum legato l. 57. §. 1. de Usufr. Cujus ratio est specialis præsumtio pro testatore, ipsum velle, ne ultra modū alimentorum quicquā habeant legatarii singuli. Vel etiam mortis causa donatio d. l. un. §. 14. cum hæc quoq; ultimis voluntatibus assimiletur l. ult. C. de Don. mort. cauf. Generaliter omne relictum, sive perultimam voluntatem, sive ab intestato d. l. un. §. 14. Dn. Struv. D. 34. tb. 39. D. 37. tb. 7. & D. 40. tb. 30. Exceptio est intestamentis militum l. 2. C. l. 6. ff. de Test. mil. Dn. Struv. d. D. 34. tb. 40. inst. ob varia concessa beneficia & privilegia, inter quæ hoc etiam non minimum; nisi forsitan alia defuncti voluntas probata fuerit, quod voluerit defientem partem alteri accrescere l. 37. ff. de Test. mil.

XXXVII. Ut

XXXVII. Ut autem juri accrescendi locus sit, necessarium est, ut alicujus pars deficiat. Quamdiu enim nulla pars deficit, aut vacat, tamdiu quoque jus accrescendi locum habere non potest. Deficerre autem hic non tantum dicitur illis modis, quos supra *tb. 6. rotulimus*, sed etiam si quocunq; modo pars quædam evacuetur, aut ab hoc vel illo repudietur, spernatur, vel omittatur *l. un. §. 10.* & *ii. C. de Cad. toll.* Si autem pars illius conjunctim legati jam sit acquisita, postmodum vero iterum amittatur, *l. 10. ff. de usfr. accr.* (omittimus enim proprie delata, amittimus acquisita *Gothof. adl. 20. de Leg. 2. lit. u.*) pro vacante, in qua locus sit juri accresc. non habetur, pars enim occupata non occupat~~z~~, sed vacans eidem accedit *J. Svev. de jur. accr. c. 4. p. 32. fac. l. 16. inf. quemad. serv. am.* Cujus tamen notabilem exceptionem habemus in usufructu legato, ubi *Jctus Ulp. hoc plus est, inquit, quia & constitutus & postea amissus, nihil minus jus accrescendi admittit, l. 1. §. 3. de Usfr. accr.* Si enim ibi hoc plus est, necessum ut in genete & communiter acquisitum & amissum non accrescat: Quo etiam reserunt Dd. alios exceptos casus, utpote in donatione Principis duobus vel pluribus communiter facta *l. un. C. si lib. Imp. soc. lib. X.* In donatione facta à muliere secundo nubente filiis ex priori matrimonio suscep-*ptis l. 4. C. ad SCt. Tert.* In assignatione libertorum *l. r. pr. de Assign. lib.* Si non quis forsan posteriores duos casus ad nondum acquisita referat.

XXXVIII. Requiritur insuper ut unus portionem suam agnoverit *l. 3. §. ult. ibi: quorum unus admisit l. 5. ibi: Et qui ad misit. de Bon. poß. l. un. §. 11 vers. fin. vero. C. de Cad. tol l. 9. de suis & leg. her.* Et quidem cum effectu, quia hic portio portioni accrescit *arg. l. 83. de Acq. her. l. 33. §. 1. infin: de Usuf. Abd. Gerb. de jur. test. Rom. D. 7. aph. 34.* Sed ita in proprio-

proprietate observatur, non autem in usufructu, qui personæ accrescere multis locis dicitur d. l. 33. §. 1. de *V/ufr. accr.* Cujus ratio est, quia in usufructu jus principale scriptum ac conceptum est in personam fructarii & sic personæ cohæret arg. l. 4. de *Nov.* & del. nec ad heredem transmittitur l. 3. C. de *V/ufr.* Igitur & ejus juris accessio personalis est d. l. 10 de *V/ufr. accr.* l. 14. §. 1. de *Except. reijud.*

XXXIX. Ex modo dictis patet, quod non ad heredem, qui totam hereditatē restituere jussus, eamq; restituit, sed ad fideicommissarium accrescendi jus pertineat arg. l. 83. de *Acq. ber.* l. 43. l. 79. ad *SCt. Treb.* Et hoc ideo, quia cui adimitur principale, ei adimitur etiam accessorium arg. d. l. 83. de *Acq. ber.* ibi: *quiarem non videtur habere.* l. 26. §. 2. de *Pact. dot.* Accedit quod illi heredis loco habentur, quibus ex fideicommisso restituta est hereditas l. 44. §. 1. ad *SCt. Treb.* l. 5. §. 1. quod cum eo qui in al. pot. Eodem loco sunt bonorum possessores, quivice heredum habentur l. 3. §. ult. de *Bon. poſſ. Gædd.* ad l. 98. de *V. S. n. 10.* Item heredum heredes, si illi nempe, antequam portio deficiens accresceret, decesserint. l. 9. de *suis* & leg. l. 26. §. 1. de *Cond.* & *Demonſtr.*

XL. Quæſtio hic exoritur, An sc. portio hereditatis, quæ post venditam hereditatem jure accrescendi obvenit, in emptorem hereditatis transeat? Nos negantibus astipulamur, quia qui semel heres est, heres esse non desinit l. 7. §. 10. de *Minor.* l. 88. inf. de *her. inst.* Et accrescere coheredibus vel collegatariis eorumve heredibus tantum legitimus l. un. §. 10. & II. C. de *Cad.* toll. l. 9. de *suis* & leg. Expressè etiam illud negare videtur l. 2. §. 1. de *Her. vel act. vend.* ubi dicitur; plerumq; hoc agi videri, ut quod ex hereditate pervenit in id tempus quo venditio fit, id videatur venisse. Ad venditorem a. hereditatis tempora-

D

re ven-

re venditionis celebratæ portio deficiens nondum per-
venit: Ad emptorem igitur haud pertinebit, nisi & illam
comprehensam voluisse contrahentes, expresse appare-
at d. l. 2. §. 1. Accedit, quod, uti *ib. n.* dictum, forma-
lis juris accrescendiratio consistat in conjunctione, & hæc
in testatoris voluntate: Absurdum autem est illud jus
emtori tribui, de quo nec cogitavit defunctus *Salye. in l.*
un. C. quand. non pet. part. Cujac. L. 12. obs. 13. Gomes Var.
ref. c. 10. n. 44. ubi ex Jasone notat, hanc veriorem &
magis communem esse Dd. opinionem, imo perspicuam
affirmat *Vasq. de Tac. subst. seu Jur. accr. lib. 3. §. 21. vers. de*
nig. Facb. Lib. 5. contr. 101 quam etiam sequuntur *Bronch.*
cent. 2. aff. 59. Bach. ad Tr. V. 1. D. 28. tb. 12. lit. A. licet du-
plicem formet quæstionem An ipso jure & rectâ accre-
scat emtori: An venditor quod accrevit vi contractus
emtori præstare teneatur: Et ex modernis *Struv. D. 32.*
tb. 71. Ung. Ex. 12 q. 4. Schnob. D. II. tb. II. Hahn. ad Wes. de
Her. vel act. vend. n. 4.

XLI. Discessum ab hac nostra sententia faciunt *Bart. ad*
l. Re & conjuncti (priorē sc. Petri relatam sententiam)
relinquens.) ff. de leg. 3. n. 26. Duar. lib. 2. de Jur. accr. cap. 6.
Robert. L. 3. animad. c. 12. quos ex nostris sequuntur arum.
D. adff. 13. tb. 5. Wissenb. p. I. E. 35. tb. 5. & Dd. vulg. test.
Treat. V. 1. D. 28. tb. 12 lit. A. Objiciunt illi quidem *l. 2.*
pr. de her. vel act. den. ubi dicitur: Neque amplius, ne-
que minus juris emtor hereditatis habere debet, quam
apud hæredem futurum esset. Verum hic textus
opinionem nostram non remoratur. Cum enim
Ulpianus ibi de evictione loquatur, & venditorem
de ea satis dare teneri neget, utitur hac ratione deci-
dendi: quod sc. emtor neque amplius neque minus ju-
ris habere debeat quam venditor; Huic a. nemo de e-
victione cavet. Et quod dicitur neque minus juris, il-
lud

Iud explicatur in l. 23. pr. eod. quod nempe venditor omne
jus ex illa causa competens emtori cedere debeat. Pro-
inde cum pars solum hereditatis vendita sit, & ex illa
parte non proveniat accrescens deficientis hereditatis
portio, sed heredi ipsi jure aditæ & acquisitæ noviter he-
reditatis obveniat, illi merito accrescit, & ad emtorem
non revolvitur.

XLII. Ulterius opp̄nunt d. l. 2. §. 4. & 9. ubi dici-
tur, non solum quod p̄venit, sed & quod quandoque
pervenerit restituendum esse: Et omne lucrum ad em-
torem hereditatis respicere. Verum nec hæc ratio for-
tius priori stringit: Si quidem quod ibi dicitur, omne
lucrum, quandoq; etiam obvenerit, restituendum; intel-
ligendum est de portione hereditaria vendita, & de illo
lucre, quod fuit à morte defuncti, vel tempore mortis te-
statoris & tempore venditionis celebratæ, quandoque
etiam pervenerit ad venditorem. *Ung. Ex. 12. q. 4. in Nego.*

XLIII. Addit *Dn. Wissenb. Comm. ad ff. p. 1. D. 25. ib.
§. l. 33. §. 1. de Usufr.* Ubi jus accrescendi alluvioni compa-
ratur: Alluvio autem adjicit rem rei, portionem portioni,
quodque ita per alluvionem accedit, ad emtoris commo-
dum pertinet l. 7. de per. & comm. rei vend. Verum Resp.
comparationem illam secundum quid esse intelligen-
dam: hic enim pretium in locum rei vel portionis ven-
ditæ succedit l. 22. de Pet. ber. l. 35. §. 1. l. 39. de Usufr. l. 32. de
Jur. dot. Et pretium habens perinde obligatur, ac si cor-
pora ipsa in eadem specie mansissent l. 18. *Quod met caus.*
cuni surrogatum sapiat naturam ejus cui surrogatum
est arg. l. 33. inf. de S. P. U. l. un. §. 2. C. de Rei Ux. act. §. su-
erat J. de Act. Si sc. unum ex altero ortum sit, atque sur-
rogetur quasi per modum successionis, ut plane prioris
vicem sustineat *Goedd. ad l. 98. de V. S. n. 10.* Quod & in
venditore fieri, vel ex solo illo patet, quod credores he-
reditari

reditarii non emtorem, sed illum, np. venditorem con-
venire necesse habent l. 2. ibid. Dn. Se bröter C. de hered. vel
act. vendit.

XLIV. Videndum nunc erit, an pars deficiens cum
onere quoque suo accrescat? Ubi distinguendum esse ex
mente Justiniani in l. un. §. 10. & 11. C. de Cad. toll. videtur,
inter evacuatum in parte hereditatis, vel legatorum. Si
ex heredibus aliquis deficiat, sive portio deficiens in parte
hereditatis consistat, tunc illa aliis coheredibus, sive con-
juncti sive disjuncti sint (ordine tamen prælationis ser-
vato) accrescit, cum suo onere d. l. un. §. 10. Sin vero le-
gatariorum vel fideicommissariorum aliquis deficiat,
discrimen erit inter conjunctos & disjunctos. Si con-
junctim sit relictum, & portio aliqua deficiat, utique cum
suo onere accrescit. Si autem res reicta sit separatim,
tunc si onus fuerit in persona ejus apud quem remanet
legatum, hoc est implendum, ut voluntati testatoris pa-
reatur. Sed si ad deficientis personam onus fuerit colla-
tum hoc non sentiet is, qui non alienum sed suum tantum
legatum imminutum habet §. 11. C. d. t.

XLV. In conjunctim relictis exceptio est, ut o-
nus non præstetur, si principale pro non scripto habeatur
secundum d. l. un. §. 3. C. d. t. ut enim expersona illius nihil
capi potest, in cuius persona legatum nunquam consti-
tit, cum nullius entis nullæ sint qualitates l. 4. §. 1. de Acto
Emt. Sic nec onus fundamentum vel radicem habebit, in
quo possit fundari, quia quando principale est pro non
scripto, consequens est & onus ei injunctum pro non
scripto haber arg. l. 178. de R. J. Pauci tamen casus dan-
tur, quibus & hæc reicta cum onere suo resident: Unus
est ex Scto Libon. l. 14. pr. de L. Corn. de Fa/s. quando quis
sibi legatum adscriperit & à Testatore alteri reddere jus-
sus

sus, tunc fideicommissum cum onere ap. heredem romanet l. 17. d. t. l. 5. de bis qua pro non script. Alter casus receptus est favore libertatis, ut servo libertas fideicommissaria detur, licet legatum sit pro non scripto l. 26. §. 6. de Fid. lib. Addunt quidam tertium casum ex l. 122. §. 1. de Leg. 1. Verum ibi non dicitur Seji portionem esse pro non scripta, sed ipsum Sejum pro non scripto habendum Gotb. ad l. un. §. 3. C. de Cad. toll. lit. c. infn.

XLVI. Inspiciamus nunc, an etiam invitis accrescat? Et notandum quod deficiat aliquis vel ex heredibus vel ex legatariis. Si portio hereditatis vacet tunc illa accrescit cohæredibus, etiam invitis & nolentibus, ipso jure, si suas portiones jam agnoverint l. un. §. 10. C. d. t. Si autem nondum suam partem agnoverint, desertur eis conditio, ut aut totam hereditatem agnoscant aut à tota recedant l. 55. de Acq. her. Ratio est in promptu; quia heres succedit in locum defuncti, ipsiusque personam repræsentat, ut quasi adhuc vivere quodammodo intelligatur, qui mortem obiit, alio in locum ejus sufficto Nov. 48. pr. l. 31. §. 1. de ber. inst. l. 22. de Usucap. quæ fictio juris, cum ad exemplum & imitationem naturæ sit comparata, pro parte esse & pro parte non esse nunquam potest; Et hanc ob causam absurdum esse omnino dicitur, hereditatis quidem unam partem agnoscere, alteram vero respuere d. l. un. §. 10. C. de Cad. toll.

XLVII. Secus est in legatariis, quibus si eadem res disjunctim legata sit, portio deficiens ipsis invitis accrescit, & hoc propter voluntatem testatoris individuam l. 38. de leg. 1. l. 4. l. 58 cod. 2. Gerhard. tr. de Jur. test. Rom. D. 7. ib. 48. quia non potest legatarius partem legati retinere, partem repudiare d. l. 38. de leg. 1. si quidem cum duabus res disjunctim legata est, tunc cuilibet res ab ini-

tio insolidum legata, ut deficiente altero collegatiorum apud alterum tota permaneat, nullius concursu diminuta. d. l. un. §. ii. C. de Cad. tol. Si vero conjunctim res relictæ sit, tunc non nisi volenti accrescit: Cujus ratio est, quod vacans portio ex deficientis persona deferatur, qui partem suam repudiare potest d. §. ii. Eodem jure igitur uti debet qui in ejus locum succedit l. 177. de R. J. Nec hic metuendum est, propterea testatorem partim intestatum decidere, quia legatarius personam defuncti non repræsentat, cum etiam portio ejus neglecta, si nemo collegatariorum adsit, ad heredem, à quo relictæ erat, recidat d. l. un. §. 4. C. de Cad. tol.

XLVIII. Ventilandam nunc sese offert quæstio illa satis trita: An Testator jus accrescendi in testamento suo prohibere possit? Cum vero quæstio hæc non parum molis habere videatur, antequam illam decidamus, præmittendum cum Everhard. in loc. à Testam. ad sent. esse putamus, quod jus accrescendi possit dupliciter considerari, in particulari sc. & in universo. In particulari consideratum jus accrescendi locum habet inter legatarios inter se conjunctos una ex triplici illa conjunctione, quæ accrescere portionem facit, de qua supra. In universo sumptum jus accrescendi, obtinet inter ipsos heredes scriptos, quorum unius deficientis portio reliquis ipso jure adjicitur & accrescit d. l. un. §. 10. & ii. C. d. i. t. t. C. quand. non pet. part. pet. accr.

XLIX. Decisionem quæstionis jam quod attinet, si ea intelligatur de successione quæ est in particulari, v. g. in legatis & fideicommissis etiam universalibus, Affirmatur, quod testator possit prohibere jus accrescendi, sive expresse, sive etiam simpliciter prohibendo, ne plus petere possit legatarius, quam ei fuerit assignatum; Et hoc casu uno

su uno conjunctorum repudiaante legatum vel fideicommissum, illius deficientis portio penes heredem remanet. *d.l.un. §. 4.* Cujus rationem supra attulimus.

L. Sin autem quæstio sit de heredibus institutis, an testator prohibere possit, ne portio hereditatis deficiens reliquis heredibus scriptis accrescat, aliud dicendum est. Aut enim testator fuit miles, & huic ex speciali favore concessum est, posse ex parte testatum & ex parte intestatum decedere & per consequens jus accr. in testamento suo prohibere, *l. 6. l. 37. de Test. mil. l. 2. C. cod. §. hereditas. 5. J. de her. inst.* Aut testator fuit paganus: Et certi juris est, illud quod contra rationem juris in testamento militis receptum est, non esse producendum ad consequentia *l. 14. de Legib. l. 141. de R. J.* Sicuti igitur scindendo hereditatem, pro parte heredem instituere nequit, *arg. l. 1. de Aq. ber. l. 1. §. 4. de her. inst.* Ita nec jus accrescendi prohibere potest *l. 74. de her. inst. l. 55. de Leg. 1.* Illud enim non tam à voluntate testatoris, quam voluntate Legis descendit, imprimis si consideretur ratione effectus, ex hoc fundamento, quod nemo paganus ut talis, & in quantum hujusmodi, possit decedere testatus & pro parte intestatus *§. 5. J. de Her. inst. l. 7. de R. J. Add. Forst. D. ad J. 12. tb. 25. p. mibi 246. Berens. lib. 2. D. 6. tb. 4. Hœn. ad l. 7. de R. J. q. 1. Dn. Schroter ad l. 13. C. de Her. Inst. & alii.*

LI. Contrariam sententiam, & quod talis prohibitus valeat, & consequenter, quod testamentum ipsum corruat, & restata reducatur ad causam intestati, tuetur *Bart. ad l. 9. §. 13. de Hered. inst.* Verum d. l. 9. §. 13. quam opponit, plane alius sensus est, videlicet heredes duos in fundo inæqualiter institutos, detracta fundi mentione, quasi sine partibus heredes scripti essent, hereditate potituros. *Vid. Fachin. lib. 4. contr. cap. 15. in fin. Hœnon. ad*

non ad d. l. 7. de R. J. Lüdvvel. ibid. id quod bene etiam confirmat l. 1. §. 4. ff. eod. Accedit, quod magis est consentaneum rationi juris, ne testamentum tam solenniter conditum evertatur, quod nec testator voluit, idq; probatur communius à Dd. teste Everbard. d. loc. 53.

LII. Aliter dissentunt Gothos. ad l. 7. ff. de R. J. Bach. ad §. 5. Inst. de Her. inst. & ex eo Vinn. ibid qui ex Salicet. ad l. 13. C. eod. medium sententiam defendunt, ut nempe scriptus heres partem, quam ei accrescere testator prohibuit, cogatur restituere, quasi ex fideicommissio, heredibus qui ab intestato fuissent successuri. Verum cum hoc nullibi dispositum reperiatur, absq; legibus loqui erubescimus Nov. 18. c. 5. pr. Et quid si nulli sint, ad quos hereditas pertinere ab intestato possit, forte testatore cognatis intra X. gradum destituto? Confirmat quidem opinionem suam Bach. d. loc. arg. §. 3. 7. Quib. mod. test. inf. ubi cum quis duo testamenta fecisset, & ita per posterius prius ruptum esset, rescriperunt Imp. Severus & Antoninus, teneri heredem scriptum, ut rebus sibi datis contentus, aut suppleta quarta ex L. Falcid. hereditatem restitueret his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi verba, quibus ut valeret prius testamentum expressum erat. Verum facilis est responsio, quod np. restitutio hereditatis ibi facta fuerit, propter expressa fideicommissi verba, testamento inserta: cum alias mens in animo retenta nihil operetur arg. l. 7. C. de Cond. ob caus. dator. Bach. ad §. fin. J. de Her. qual. & diff. v. 3. Tum nec ibi heredibus, qui alias ab intestato fuerant successuri, sed in priori testamento scriptis restituta hereditas fuit, ut ita tota successio fuerit ex testamento.

LIII. Aliud argumentum ex l. 12. ff. de Reb. dub. assert Goths. ad d. l. 7. d. R. J. ubi dicitur, quod in ambigua oratione

oratione commodissimum sit id accipi, quo res, de qua agitur,
magis valeat, quam pereat. Verum, tantum abest ut hoc pro
eo faciat, quin potius nostram sententiam confirmet. Dicta
enim l. 12. conjungenda est cum l. 21. cod. ubi in fine dicitur: Ni-
si cum aperte contra leges scriptum est: Quia nemo in testa-
mento suo cavere potest, ne leges in eo habeant locum l. 55. de
leg. 1. Testatus autem & intestatus decedere contra leges est
l. 7. de R. J. Et quod una via prohibetur, alia concedi non po-
test, c. cum quid 39. de R. J. in 6. Si vero subessent conjecturæ
adeo liquidæ, ut aperte conjici posset, testatorem nullo modo
voluisse, ut institutus in parte vel re certa haberet residuum he-
reditatis, sed illud ab intestato alias, nisi testamentum fuisset
conditum, successuris deferretur, facile in hanc inclinarem
sententiam, quia bonus judex in judicando, semper debet am-
plicti illam opinionem, quæ æquitati magis convenit l. 8. C. de
judic. Dn. Schub. D. 1. tb. 25.

LIV. Effectus juris accrescendi consistit in portionis &
domini adjectione: Postquam enim quis suam hereditariam
partem adeundo agnoverit, reliquorum defientium portio-
nes ipso jure ei adjunguntur, nec necesse habet, ut secunda vi-
ce noviter adeat l. 80. §. 1. & fin. de Acq. ber. quia illi quibus ac-
crescendi jus competit, semel tantum debent adire l. 6. pr. de
Bon. poss. cum hæc nova portio habeatur, pro ipsa, quam quis
habet principaliter ex hereditate, eamq; augeat l. 5. de Vulg. &
pup. subst. ideoq; una & eadem actione peti possunt, cum aug-
mentum debeat esse ejusdem naturæ, cuius suum est principa-
le, eodemq; & non diverso jure æstimari arg. l. 26. §. 2. de pact.
dot. l. 8. pr. l. 24. §. 2. de Leg. 1. Add. Gerb. d. Diff. 7. tb. 72.

LV. Hæc sunt quæ de jure accrescendi proponere potui:
Plura desiderantem ad Goveanum, Duarenum & alios, qui pe-
culiales de hac materiâ tractatus scripserunt, remittere, & sic
disputationi meæ ultimam inducere lineam placet. Interim

E

sive

fave Anno Lector, Censor æquissime, & si non aptè semper &
accuratè satis pro dignitate materiae scriptisse videar, scias me
admonitum meliora secuturum, neq; cum illo decrepito, licet
alterum pedem in tumulo haberem, discendi cupiditate, quæ
optima vivendi ratio dicitur, unquam aliquid addiscere detre-
staturum l. 20. de Fidei op. libert. Quod super est Tibi Triune
Deus! pro benigno mihi præstito auxilio, immortalis sit
laus, honor & gloria, Tu & im posterum nostris
fave cæptis. Exaudi!

COROLLARIA.

- I. Vocab. Jurisdictionis ita generale non est, ut etiam merum imperium complectatur.
- II. B. F. Possessor fructus industriaes percipiendo suos facit pleno jure seu irrevocabiliter, etiam si adhuc existent.
- III. Non ita naturales, nisi quatenus consumpti sint, hos enim tantum lucratur.
- IV. Quid si ex consunaptis locupletior factus sit? tale lucrum restat equius putamus.
- V. Cum verbal. fin. C. de Jur. dot. generalia sint, etiam generaliter omnes, sive extranei sint, sive non, promittendo dotem tantum clapsi biennio, si interpellatio non facta, moram ex re incurrire, de usuris teneri, & sic, inter tot sibi invicem contradicentium Dd sententias, in tam momentosa causa, l. 5. ff. Sol. Matr. declarari posse cum Nob. Dn. Praeside in suis conclusi-
nebus de mora th. 57. statuo.

Tolle caduca, Logos, irritamenta malorum.
Sic pergas studiis invigilare tuis,
Grecet & accrescit tibi laus vel gloria tandem,
Quâ mactare suos assolet alma Themis.

P.RÆSES.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735215359/phys_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735215359/phys_0039)

DFG

su uno conjunctorum repudiante
missum, illius deficientis portio p
d. l. un. §. 4. Cujus rationem supi

L. Sin atitem quæstio sit de
testator prohibere possit, ne port
reliquis heredibus scriptis accresc
Aut enim testator fuit miles, & h
concessum est, posse ex parte testa
tum decedere & per consequens
suo prohibere, l. 6 l. 37. de Test. mil.

J. de her. inst. Aut testator fuit p
est, illud quod contra rationem ju
tis receptum est, non esse produce
l. 14. de Legib. l. 141. de R. J. Sicuti
ditatem, pro parte heredem instit

Acq. her. l. 1. §. 4. de her. inst. Ita n
hibere potest l. 74. de her. inst. l. 55

non tam à voluntate testatoris, qu
scendit, imprimis si consideretur i
fundamento, quod nemo paganus
hujusmodi, possit decedere testatu

§. 5. J. de Her. inst. l. 7. de R. J. Add.
p. mibi 246. Berens. lib. 2. D. 6. tb. 4. i
Dn. Schroter ad l. 13. C. de Her. Inst. &

LI. Contraria sententian
bitio valeat, & consequenter, quo
corruat, & restota reducatur ad c

Bart. ad l. 9. §. 13. de Hered. inst. Ver
opponit, plane alijs sensus est, vic
fundo inæqualiter institutos, deti
quasi sine partibus heredes sc
ditate potituros. Vid. Fachin. lib. 4.

I fideicom
m remanet
s.

stitutis, an
is deficiens
endum est.

iali favore,
rte intesta
testamento
bereditas. 5.

certi juris
mento mili
nsequentia
endo here
arg. l. 1. de

scendi pro
llud enim,

te Legis de
stus, ex hoc
quantum

intestatus
J. 12. tb. 25.
de R. J. q. 1.

alis prohi
um ipsum
ati, tuerit
13. quam
les duos in

nentione,
here
. infin. Hæ
non. ad

alit, tuerit
13. quam
les duos in

nentione,
here
. infin. Hæ
non. ad

alit, tuerit
13. quam
les duos in

nentione,
here
. infin. Hæ
non. ad




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]